Sermo Fratris Hieronymi de Ferraria In vigilia Natiuitatis domini/corã Fratribus suis recitatus.

¶ Bartholomeus Gallus Mutilianensis. Venerabilibus viris sacre theologiæ ꝓfessoribus Domino doctori Joh. yong Ecclesiæ omnium sanctorum Honylane rectori. ac Domino Stephano Dowce/sacri Whytyngton Collegij Magistro. S. P. D.

NOuit britania (vt de altero orbe sileã) Reuerẽdi in xp̃o patres qua animi pietate qua charitate/quo studio diu noctuqꝫ de xp̃i dñi nostri ihesu pauperibus benemereri certatim curetis: Vos enim duo lumina orbis hui⁹ in tenebris errãtibus presto semꝑ estis vt in viã salutis æterne redeant: vos afflictos cõsolamini: vos demum in oĩbus opera facitis euangelistaꝝ/que pietatis opera/ipse imprimis testari possum: nam ego homo exterus indoctus et pctõr qui nullo meo beneficio beniuolentiã vr̃am ꝓmereri queo: tot tñ sum a vobis meritis affectus/vt maiora vix optare possem: et q̃a par pari referre non valui tanq̄ rusticus/sterilis/lapidosus/ac incultus ager Immo sola ingratitudine/tot tãtisqꝫ beneficijs vestris hactenus respondi. Desiderastis enim iam diu cognoscere sermones Venerabilis Viri fratris Hieronymi de Ferraria: ꝫ quia vernacula Italorum lingua cõscripti sunt illius ꝑsertim loci vbi ego natus sum/quã vos minime noscitis ea de causa sepius admonuistis/vt eos latinos facerem: quod (vt dixi) hucusqꝫ (me miserum atqꝫ ingratissimũ) beneficiorum immemor: efficere distuli/domesticis negocijs impeditus: At vos assidua vestra religione et humanitate/nihilominus indies magis magisqꝫ emolamẽtis vbertim cumulastis: Quare in presenti pudore victus/non potui opus (etsi paruum) meis tamen humeris impar non aggredi: et quoniam nuper incepi longumqꝫ esset expectare finem. et dimidium facti principium esse solet. Igitur sermonem hũc de Natiuitate domini/ꝑe verbo ad verbum suasu et cõsilio tuæ Paternitatis Dñe mi Stephane a me nuper in latinum versum/vobis mittere decreui/vt intelligatis me demũ optatis vestris sctissimis obtemperare nõ abnuisse penitus. Ergo optimi patres hylari vultu hoc munusculũ accipitote/aliud ꝓpediem accepturi. sermonẽ videlꝫ de dñis curatis/ac de eorum curæ commissis/super quem inuigilare poterunt columbaꝝ more super aquas residentium: vt videãt superuenientis accipitris vmbram. Valete totius Angliæ æternũ decus. Ex Londoñ. viij. Octobris. Anno Domini. 1509.

A.j.

¶ Sermo Reuerendi Patris Fratris Hieronymi de Ferraria: Recitatus coram Fratrib⁹ suis in vigilia Natiuitatis dñi nostri iesu xpi. De lingua vernacula Italoꝝ in latinum conuersus de verbo ad verbum Per Bartholomeum Italum Mutilianensem Presbyterum.

Exaltaui te ingrata inobediēs anima atq₃ peccatrix/a stercore luto q₃ pctoꝝ/a fece iniquitatū/a portis mortis/a mala cōsuetudine tua/& a seculi cōuersatione: Ad tabernaculū meū sanctissimū/& ad claustrū religionis sancte reduxi te(immerito licet)vt annūcies predices laudes meas fratrib⁹ tuis/nam factura mea/creatura mea es: et in cōsideratis infinitis negligētijs tuis/exaltaui te/ingrata et inobediens aīa: feci te meū instrumētum annūciandi grā/meū dulcem amorē/meā benignitatē/infinitam pietatem meā/meā misericordiā/ dilectis meis creaturis & spōsis aīabus rationabilibus hic pñtibus: vt mediante tua obediētia/officijq₃ tui operatione/quod mea gratia cōcessi tibi: et vt ipsi dilecti mei mea inflāmata verba humiliter audiendo(interueniēte tua lingua)hodie aliquā dulcedinē consolationemq₃ habeāt in meū dilectū vnigenitū filiū/& tandē vitā eternam. Tu autem ingrata anima qū opus est nō loqueris: immo sicut arida sterilis/infructuosa facta es atq₃ muta. Aperi nūc linguam/o anima peccatrix/ Eleua nunc vocem/Excita spm̄/Cōpone verba/Quid facis? Quid cogitas tu? O anima. Dñe audiui auditionē tuā & timui. Domine/opus tuū et expaui/neq₃ mihi cōceptus aliquis est quo hoc tuum inauditū et stupēdum miraculum cōprehendere valeam/non mihi vox vlla est quæ hac in re tam mirabili mihi congrua sit videlȝ ad declarādum laudes tuas non sunt mihi vlle vires neq₃ noīa neq₃ vocabula quib⁹ tuū infinitū amorem manifestare queam. quisnam oro intellectus? et quæ vox exprimere posset? altissimā incōprehensibilem/ineffabilem inintelligibilē/increati tui genitiq₃ verbi eterni splēdorem: quæ capacitas: quæ lingua sufficiēs esset ad manifestandum hodie humilitatē altissimi verbi/infinite maiestatis paupertatem/carnem ineffabilis & inuisibilis dei. Puer enim natus est nobis et filius datus est nobis. vnus magn⁹/vnus paruulus hodie natus est nobis. vnus filius eternaliter genitus & tēporaliter natus: in cælo genitus a patre/sine matre/in terra vero sine patre natus. Hodie humane generationi donatus est/Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnā/et habitantibus in regione mortis atq₃ in pctoꝝ cecitate lux orta est eis: et maximo splendore circumfusus hodie mirabilis sol nat⁹ est habitātibus in vmbrosa regione obscure mortis. ecce dies a pphetis tam desideratus/non timeatis vltra dilectissimi ire per siluas/per deserta et deuia loca. scriptū est enim: habitabit lupus cum agno/et pardus cum hedo accubabit: vitulus/leo/et ouis:

mdrabuntur simul/puerq̃ paruulus minabit eos: hodie namq̃ na-
tus est puer paruulus/qui superboꝝ cornua humiliabit. incipiet ho-
die totus mũdus comutari. Venite O magi ab oriẽte ab hoc paruu-
lo adducti: Humiliamini sub ipso/dimittite coronã/osculamini pro-
strati in terra in vno stabulo sanctos pedes. O Romanũ vniuersale
imperium accinge te atq̃ prepara te/eo ꝙ puer paruulus minabit te.
O imperator Romanoꝝ/O leo/O lupe/rapax/O toti⁹ mũdi opp̃ssor
Puer paruulus minabit te/humilia te/ruue in faciem tuã p̃stratus
in terram/et vni⁹ piscatoris osculare pedes: dona sibi coronã/& eius
verba tota desidera mente: obedi sue legi atq̃ huic puerulo/vniuer-
sum suppone orbem. O principes: O dñi: O philosophi: O sapientes
seculi/silete: claudite ora vestra/claudite fauces/humiliamini/quia
puer paruulus minabit vos: confortare mundus eo ꝙ a tuo mærore
subleuatus eris: Cõsolamini humana generatio/quia tue lamenta-
tiones exaudite fuerũt. Jubila aĩa quia spõsus dulcis tuus aduenit:
Confitebor tibi/qm̃ iratus es mihi: conuersus est furor tuus et cõso-
latus es me. ecce deus meus saluator meus fiducialiter agam et non
timebo. Confortamini dilectissimi: ecce presens spes nostra est. Con
solamini iusti: Confidite peccatores/haurietis aquas in gaudio de
fontibus saluatoris: et dicetis in illa die. Cõfitemini dño & inuocate
nomen eius qm̃ magnifice fecit annunciate hæc in vniuersa terra.
O sitientes: O illuminati: venite ad fontes: O ardẽtes in amore hu-
ius paruuli/venite ad fõtem: currite/currite ad dulcem aquã/venite
ad mare omniũ gratiarum atq̃ misericordiarum. Et qui nõ habetis
aurum neq̃ argentũ/pauperes/nudi/sine vlla penitus consolatione
afflicti/nolite morã trahere/festinate/dico fortificate genua dissolu-
ta/sanate pedes & nolite dubitare nõ est hic opus vi/neq̃ imperio/nõ
est opus margaritis neq̃ preciosis lapidibus: hic non auro/neq̃ ar-
gento emitur: absq̃ moneta et sine aliqua comutatione gustate: acci-
pite abundanter cæleste vinum/et dulce lac. O anima dormiens/O
pigra/O insensata/Exurge a tuo graui somno/aperi oculos tuos/in-
due nunc gloriã vestimentoꝝ tuoꝝ: exurge dico & laua te a sordibus/
excute pulueres/collige flores/pone sertum capiti/propera/vade ad
dilectum tuum/solue laqueos anima captiua/frãge cathenas/aperi
clausuras/q̃a ego ipse qui loquebar ecce assum. Quid ergo facis ani-
ma peccatrix & sterilis: respice et cõsidera ꝙ pulchri sunt gressus eius.
O ꝙ speciosi et candidi supra mõtes/supra altitudinem cõtemplatio-
num supra verticem oĩm perfectionum sint pedes/sint affectus/sint
delitiæ illius qui annũciat qui predicat hodie hãc pacem. qui annũ-
ciat et predicat istud inextimabile bonũ qui annunciat et predicat sa-
lutem. qui dicit Syon regnabit deus Leua oculos tuos et respice in
cælum/aperi aures/aperi cor tuum/cõtemplare angelos/gusta dul-
ces melodias qualiter cantant gloria in excelsis. Inclina oculos:
Respice in terram. vide pastores supra puerulum: et reuersi sunt glo

rificantes ⁊ laudantes deum in omnibus que audierant et viderant
dirige lumina tua ad orientem: cõsidera magnum feruorem magorum
velocem cursum: eorum fiduciã: vocem audacem pacis: Ubi est qui
natus est rex iudeorum: ingredere in cor tuum: claude cubiculum: vol-
ue visum per totũ vniuersum: respice ad orientem: respice ad occiden-
tem: contemplare austrum: cõsidera ad septemtrionem: qui sunt isti
qui vt nubes volant et quasi columbe ad fenestras suas? cãdidiores
niue. ⁊c. Isti sunt predicatores pacis: annunciatores salutis: tube
cæli: ⁊ tonitrua paradisi: In omnem terram exiuit sonus eorum. ⁊c.
O predicator: o tuba resonans: ascende in altum: ascende supra mon
tem: exalta cum magna vi vocem tuam: robora spiritum tuum: noli
tibi dare requiem: noli erubescere: clama: resona: predica pplo meo:
ecce deus videtur: ecce dñs deus in fortitudine veniet et brachium
eius dominabitur. Ecce merces cum eo/ et opus illius coram illo:
O iudea incredula: O synagoga ceca: O popule obstinate. quid fa-
cis? dormis tu? es grauatus somno? Ecce lumen tuum: aperi oculos
tuos: considera ꝙ tu habes thesaurum domi: surge illuminare Jeru
salem quia venit lumen tuum/ ⁊ gloria domini super te orta est. Au-
di quid tibi dicunt magi: vade cum eis/ et quere puerulum: sequere
stellam. O sterilis: O deserta inuia et inculta: plena spinis: durissime
lapis: impia gentilitas: tu que nõ paris filios spirituales: tu que non
facis fructus sancte operationis: tu que dormis in tenebris: leua ca-
put tuum in altum: respice quale nouũ lumen venit ad oculos tuos
expelle a te tenebras: mũda cor tuũ: efficere spõsa iesu: efficere mater:
fac festiuitatem: exulta: iubila: lauda: canta Alleluya: quoniã multi
filij deserte magis ꝙ̃ eius que habet virum. Dicit dominus si fuisti
sterilis nunc eris mater et habebis plures filios ꝙ̃ tua mater synago
ga. Dilata ergo pelles tui tabernaculi extẽde eas fortiter: noli par-
cere: prolonga funes Consolida clauos eo ꝙ tibi crescent tot filij: ita
ꝙ in periculo erunt rethia: tu penetrabis ad dextrã et ad sinistram et
filij tui per totum vniuersum. non timebis ergo neqꝫ verecũdaberis
vlterius adolescẽtie tue obliuisceris amissionem tẽporis. non recor-
daberis amplius obprobrij viduitatis tue. quia ecce dominus qui te
creauit: hodie te desponsat: hodie te coronat: hodie te honorat: hodie
causa tui facit magnam festiuitatem: montes mouebuntur: mare sta
bit quietũ: fontes aperientur: misericordia mea erit supra te: faciam
tecum pactum dulce ac sempiternum. O beata paupercula exposi-
ta ad omnem tempestatem sine aliqua celesti consolatione: tu hodie
exaltaberis: faciam tibi muros in circuitu adamantinos: plateas de
zaphiris/ ⁊ eris repleta omnibus rebus desiderabilibus: filij tui erũt
in amore perfecti: sapientia splendidi: pace quietissimi: Cantãte do-
mino canticum nouum: laus eius ab extremis terre. qui habitare fa
cit sterilem: in domo matrem filiorũ letãtem: Cõfortamini ergo ma-
nus dissolute: confirmamini genua: clamate mecum: leuate vocem

et dicite O pusillanimes confortamini et nolite timere. ecce deus ve-
ster: nunc aperientur oculi cecorum: nunc surdorum aures audient:
salient debiles sicut cerui: soluentur lingue mutorum: erumpent ca
tractere cæli: et terre fontes aperientur. O beata gentilitas: O bea-
ta sterilitas. vnde tibi euenit tanta misericordia: Anima contempti-
bilis: gens abhominata: que seruiebas idolis: vnde venit tibi tanta
gratia? Principes remanent stupidi. Reges humiliati sunt: domini
posuerunt capita sua in terra: Laudate celi et exultet terra: Jubila-
te montes laudem/quia consolatus est dominus populum suum/et
pauperum suorum miserebitur. O anime incarcerate in tenebris ter
re: incluse in lymbo: leuate oculos: dimittite planctus: abstergite la-
chrymas: nolite exclamare plus in aures creatoris: canite laudes no
uas: conuertite planctum in risum: lamētationes in gaudium exulta
te: rumpite cathenas: dirumpite portas/quia natum est desiderium
vestrum: spes vestra: amor cordis vestri. Noli clamare plus Isaia/
vtinam dirumperes celos et descenderes. ecce qa ipse inclinauit cæ-
los: rupit portas: aperuit fontes: irradiauit terram et expulit tene-
bras: nunc confringetur Rex babilonie: nunc erit vester coactor per
cussus: nunc ligabitur vester ligator. princeps dico tenebrarum. ca-
nite hanc parabolam cōtra ipsum. quomodo cessauit exactor? quie-
uit tributū. quomodo cecidisti lucifer? qui mane oriebaris: corruisti
in terram qui vulnerabas gētes: qui dicebas in corde tuo/in cælum
conscendam super astra dei/et exaltabo solium meum. O spiritus ce-
lestes venite nobiscum ad faciendum festiuitatem insimul: iubilate
iam in terra: honorate hominem: facite festum/quia vestra ruina re
staurabitur. ponentur in ipsa noui lapides: noue structure: noue por
te: cādide margarite: et in fundamēto vnus lapis angularis electus
preciosus/mirabilis/stupendus: numq̄ visus ab oculis nostris: qui
est christus. Jubila ergo cælum: exulta terra: lauda et treme inferne
eo q hodie apparuit res noua in mundo: inaudita et incomprehen-
sibilis: dulcis: suauis omnibus qui eam gustant: verbū caro factum
est: Sed quid debeo dicere de te O beatissima et gloriosissima ma-
ter Maria/debeo ne te hodie omittere? forsitan ego hodie non de-
beo de te facere mentionem. quis posset excogitare iubilum tui cor-
dis? dulcedinem tue mentis: admirationem magnam tuiipsius: ma-
ximam tui consolationem: altissimas tuas cōtemplationes. Tu pe-
peristi virgo sine dolore: sine passione: aliena totaliter ab omni la-
mentatione: sicut fuisti aliena totaliter ab omni corruptione: immo
cum magno gaudio cātantibus tibi angelis circumcirca: O quanta
pietas te cōmouit et contriuit cor tuum quando dulcissimus pueru-
lus se tibi matri presentauit coram/quādo se posuit in terra: quando
in feno eum collocasti in vno stabulo: O beata maria: O felix puellu-
la: O mater gloriosa intacta: mater immaculata: mater et virgo. Vir
go fecunda: Virgo fructifera: Virgo ante partum: Virgo in medio

partu: Virgo post partũ: Mater tui factoris: tui creatoris: tui plasma-
toris: mater tui patris: immo patris omnium creaturarũ: amplecte-
re dominum tuum: osculare q̃tũ vis deum tuum: facia te dulci eius
aspectu: suscipe eum in sinum: aperi virgineum pectus: et lacta eum:
pasce eum qui angelos nutrit/tuo celesti lacte: da nutrimẽtum tuorũ
sanctorum vberum illi qui totum nutrit mundum. Extingue sitim
et famem tuo dulci lacte illius qui saciat omnes animas beatas: liga
illum quem totus non capit orbis: stringe eum qui totum amplecti-
tur mundum: guberna illum qui totum gubernat euum: canta illi
laudes apud cunabulum: ostende te illi hylarem: ride ei in faciem
applaudendo: porta eum qui totum fert mundum: sopora illum qui
nunq̃ dormit: custodi eũ qui facit celos tremere. Dic mihi rogo ma-
ria? quomodo stat cor tuum? vbi est cor tuũ? vbi est anima tua? quid
dixit lingua tua? quid cogitat mens tua? certe domina mea: regina
mea: non posses hec mihi narrare tuo indigno seruo: non q̃a tu nesci-
res/sed quia ego ipse non essem capax. O inextimabile gaudiũ: O in-
extimabilis dulcedo: O iubilum incõprehensibile: O maria dulcissi-
ma: O gloriosissima super omnes beatas te obsecro per viscera tue
pietatis: per hunc dulcem diem: per ineffabilem misericordiã tui vni
geniti filij: per tuum sacrum ventrem qui eum portauit: per dulcia
vbera que eum lactauerũt: vt digneris voluere oculos tue clemẽtie
supra me miserrimũ & ingratissimũ pctõrem: supra me infelicissimũ
hoiem mortalem: supra hũc canem mortuum ac inutilem: supra hũc
puluerem & cinerem ad tumidũ vẽtum: noli indignari mihi propter
immundicias pctõr meor: miseriar: & ꝓpter feces istius putredinis
mee: istius luti: istius stercoris mee turpissime vite. et recordare oro
virgo Maria q pro me & pro pctis meis & miserijs: tu es virgo & ma-
ter: pro me tu es mater tui patris: pro me tu es mater dei: in te deus
factus est homo: pro me in te omnipotẽs factus est mortalis: pro me
in te verbum caro factum est. Te igitur rogo per hanc in te & me in-
effabilem misericordiam vt tua gloria mirabilis nõ indignetur mee
miserie inextimabilis: ora filium tuum qui pro me & te se fecit morta-
lem: meum fratrem et filium tuum ac spõsum/vt dimittat mihi mea
infinita peccata: meas ignorãtias: meam ingratitudinem: meas in-
finitas negligentias: et ne reminiscatur delicta iuuentutis preteriti
temporis/et obliuiscatur iniuriarum adolescentie mee/et q me mun-
det ab omni macula: & remittat mihi oẽm offensam vsq ad hanc pre-
sentem horam. O mater dulcissima: O pia: O clementissima. Ego a-
mens mea et causa elõgauit me/alienauit me/remouit me/separauit me
a meo dulci creatore: per meam culpam palpaui tenebras: et non vi-
deo verũ lumen. Recollige me te oro/o ihesu benigne per viscera tue
pietatis/et per merita tue dulcis matris libera hunc captiuum: re-
staura istam animam perditam: recollige istam mentem diuisam:
illumina meas tenebras/vt cum propheta cantare possim. Nox illu-

minatio mea in delitijs meis/quia tenebre non obscurabuntur a te.
O iesu verum lumen mundi:tu iam fregisti saxa:inflāmasti mūdum
visitasti terram & inebriasti eam. Ubi sunt misericordie tue antique.
ecce quomodo inuenio me aridum et siccum in amore tuo. Jhesu fac
me tuo dulci amore languere. Jhesu fac me iam mori. Jhesu fac me
sentire tuum dulcem ignem in corde meo. Adiuro vos filie hierusa-
lem si inueneritis dilectū meum vt nūcietis ei quia amore langueo.
O apostole meus ego non recordor hodie tui. Jhesus interrupit ser-
monē vt nulla tui fieret mētio. Jhesus posuit se in medio/& ego eius
causa te dimisi:de te nō facio existimationē/nisi q̄a tu es suus seruus
et amicus:qui amat spōsum amat & amicos spōsi:& ego nō lego tuas
epistolas causa tui sed causa sponsi:nisi loqueris in eis de ihesu/nūq̄
vellem eas legere/nūq̄ eas videre/dimitterem eas pulueribus:nul
lus mihi liber placet/vbi nō inuenio dulcissimū Jhesum.tu ergo lo-
quebaris mihi de spōso et ego te audiebā libenter quia amabā spon-
sum: nunc quia presens est/te dimitto et adhereo illi/ quia sine ipso
non amarem te neq̄ omnes sanctos celi. Redeundo ergo ad te domi
ne Jhesu/et domina mea Maria/vos oro: vt hac die sitis memores
nostri/qui sumus hic in nomine vestro cōgregati:memēto domine q̄
causa nostri sumpsisti carnem: memento dn̄a q̄ propter nos facta es
mater: propter nos domine factus es frater noster: causa nostri dn̄a
facta es mater nostra:per nos domine humiliatus es in terra:per nos
domina exaltata es in celo. Ergo ꝓpter istam pietatem:per tantam
misericordiam rogamus vos q̄ dignemini aperire celos et descēdere
in cordibus nostris. Eya respice Jhesu/& cōsidera maria in qua pro-
cella positi sumus:quāta est calamitas nostra intra tot ventos val-
lati.totus orbis cōfusus inuolutus absq̄ vllo ordine omnis virtus
est extincta/ nō inuenitur vnum viuum lumen: terra oppressa est ab
omni vitio.ita vt nisi extenderitis piam manū/remedium aliud mi-
nime inueniri potest quo liberari possimus. Heu domine mi/heu do
mina mea:mementote istius diei quando rupti fuerunt celi/et para-
disus posita fuit in terra. Manda deus virtuti tue: Confirma hoc
deus quod operatus es in nobis. Dilectissimi in istis diebus maneatis
in oratione & laudibus:mundate corda vestra:preparate locū Jhesu:
sitis in cōtemplatione ipsius cum maria in presepio:nolite inebria-
ri vino/sed impleamini spiritu sancto: incipite hodie vnam nouam
viam:dicite cum propheta Hec dixi nūc cepi/et rogate etiam pro me
peccatore vt deus dignetur agere misericordiam mecum & facere me
suum bonū seruū fidelē/ et ego idem faciam pro vobis: vt participes
simus hodierne gratie ac pietatis:& possimus peruenire ad perfectam
gloriam beatorū/ vbi videbitur ihesus facie ad faciem. Qui cum pa
tre et spiritu sancto est deus benedictus et gloriosus/per infinita se-
cula seculorum. Amen.

¶ Bartholomeus Gallus Mutilianensis Erudito ac honesto viro Thome Scrow. Domini doctoris Joh. yong clerico/amicoꝝ optimo. S. D. P.

Non possum (edepol) non gaudere Amice quum intellexerim te Oxonium breui petiturū studēdi gratia: ꝙ egregie illud ouidianum decātare potes. Dicite io pean et io bis dicite pean. Incidit in casses preda petita meos. Quo (bone deus) cōmuni patrono obnoxius sis qui tuo spōte ānuit desiderio: tuipse (si sapis) facile excogitare potes: Eterno enim (mihi crede) te deuinxit bñficio/pro quo diu noctuq; geminas tendens ad sydera palmas/vt ei faueant superi/tota mente rogabis: rogabis? immo rogabimus oēs: nōne vides? vt pauperum genus omne sub ipso sturnatim cōgaudeat atq; coturnatim ꝯfugiat omne genus. Cui si fata (vt poetice loquar) meritam attribuissent gloriā/iā diu in maximū virū emersisse videres. Sed vt inquit poeta

Sponte malos homines et noxia gramina nutrit.
  At melius semen ferre recusat humus.
Mitior est propriis alienaq; pignora semper.
  Tractat in humana dura nouerca manu.
Vir bonus est cæli malus est telluris alumnus.
  Quos igitur cælum diligit odit humus.

Tu preterea quum voti compos fueris/ad nos rescribas/etiam atq; etiam oro: et si quid interea per me fieri possit: vtere Gallo tibi deditissimo: qui tuus est viuus/mortuus idem erit. Vale. et ora pro me. Ex Londoñ. viij. Septembris. Anno Domini. 1509.

LAVS DEO.



